Nider, Johannes: Praeceptorium divinae legis, sive Expositio decalogi
[Cologne: Ludwig von Renchen, about 1485] Seite 391



corpus aīale ⁊ surget corpus spūale ptāte
vtiq̧ nō natura. Si lōga ⁊ salubris vita
ibi sana ē eternitas ⁊ eterna sanitas. q2 iu
sti in ppetuū viuent ⁊ sal⁹ iustoꝝ a dño. si
satietas. satiabimur cū apparuerit glā dei
Si ebrietas. inebriabunt̄ ab vbertate do-
mus eius. Si melodia. ibi angeloꝝ chori
ꝯcinnūt sine fine deo. Si quelibet nō im
munda sed mūda voluptas. de torrēte vo
luptatis sue potabit eos dſ. Si sapiā. ip-
sa dei sapiā oñdet seipsaꝫ. Si amicicia di
ligent deū plus q̄ȝ seipsos ⁊ inuicē tanq̄ȝ
seipsos. ⁊ dſ illos plus q̄ȝ illi seipsos Si
ꝯcordia. omnibꝫ illis erit vna volūtas. q2
nulla ibi erit nisi dei volūtas. Si ptās. oī
potentes erunt sue volūtatis vt deus sue.
Nā sicut poterit deus qđ volet p seipsum
ita poterūt illi qđ volunt p illū. q2 sicut il
li nō aliud volent q̄ȝ qđ ille. Ita ille volet
quicq̄d illi volēt. ⁊ qđ ille volet nō poterit
nō esse. Si honor ⁊ diuitie. dſ seruos bo
nos ⁊ fideles supra bona multa ꝯstituet. i
mo filij dei ⁊ dij vocabunt̄ ⁊ erūt ⁊ vbi erit
filius eius. ibi erūt ⁊ illi. heredes quidē dei
coheredes aūt xpī. Si vera securitas. certi
ita erūt vt nullatenus ista, vel potius illđ
bonū sibi defuturꝫ sciant. Interroga inti-
ma tua si capere pñt tm̄ gaudiū suū de tan
ta beatitudīe sua. ¶ Tercia dos aīe
est tentio seu ꝯprehensio, pur opponit̄ in se
cutōm vie. Spes em̄ est in via expectatio
future beatitudīs Et spes que differt̄ affli
git aīam. De qua. j. Coꝝ. ix. Nescitis q
hij qui in stadio currūt. oēs quidē currūt
sed vnus accipit brauiū. sic currite vt ꝯpre
hendatis Sed in pťia spes desinet. ⁊ certi
tudo ⁊ securitas de felicitate ppetua dabi-
tur p dei immediatā essentiā que aīe illa
bet̄. De hac dote dr anſel. li. de similitudi
nibꝫ. Securitas oēs alias ptes beatitudi
nis ꝯfirmat. nec haberi pñt pfecte sine il-
la. In hac aūt vita nihil securꝫ extat tota-
liter. sub eodē enim tpe pauper ex diuite.
mortuus ex viuo pt existere. In futuro āt
bonus quicquid voluerit habebit. ⁊ nihil
ex eo se amissurꝫ timebit. hec ille. Qia pre
dicta gaudia ⁊ singula videbit se habere be
ata anima. ⁊ ex istis qđdam infinitū quo
dammō surget in ea gaudiū. De quo an
ſel. ibidē sic dicit. Quid queso mai⁹ gau-
diū cogitari possit q̄ȝ ex istis ꝯpactū preta
ctis. Gaudiū em̄ erit ei intus ⁊ extra. gau
diū sursum atq̧ deorsum gaudiū circum
circa. ⁊ vbiq̧ gaudiū plenū. hec de anſel.
Unde ibidē li. ꝓsol. ca. vlti. orōe sic ꝯclu-
dit. Deus meus ⁊ deus meus. spes mea
⁊ gaudiū cordis mei dic aīe mee si hoc est
gaudiū de quo nobis dicis p filiū tuum.
Petite ⁊ accipietis vt gaudiū vestꝝ sit ple
num. Inueni nāq̧ gaudiū qđdaꝫ plenū
⁊ plus q̄ȝ plenū. Pleno quidē corde. ple-
na mente. plena aīa, pleno toto hoīe Nō
ergo totū illud gaudiū intrabit in gaudē
tes. sed toti gaudētes intrabūt in gaudi-
um. vtiq̧ tm̄ gaudebūt quantū amabūt
tantū amabūt quantū cognoscēt. q̄ȝtum
te cognoscent dñe tunc ⁊ quantū te ama-
bunt. Certe nec ocul⁹ vidit. nec auris au-
diuit. nec in cor hoīs ascendit in hac vita
quantū te cognoscēt ⁊ amabūt in alia vi
ta. Oro de⁹ cognoscā te. amem te vt gau
deā de te. ⁊ si nō possuꝫ in hac vita ad ple
num. vel pficiam in dies vsq̧ duꝫ veniat
illud ad plenū. Dñe p filiū tuū iubes. im
mo ꝯsulis petere. ⁊ ꝓmittis accipere vt gau
dium nostꝝ sit plenū. Peto dñe qđ ꝯsu
lis p admirabilē ꝯsiliariū nostꝝ. Accipiā
qđ ꝓmittis p veritatē tuam vt gaudium
meū plenum sit. Meditet̄ interim inde
mēs mea. loquat̄ inde lingua mea. amet
illud cor meū. sermocinet̄ os meum. esu
riat illud aīa mea. sitiat caro mea. desyde-
ret tota substantia mea. donec intrem in
gaudiū domini Qui es trinus ⁊ vnus de
us benedictus in secula
Amen.

Explicit preceptoriū diuine legis vene-
rabilis patris Johannis Nider sacre the
ologie ꝓfessoris.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-150/0391
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG